



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 64. Archiepiscopi Narbonensis sententia contra Alecensis Episcopi
mandatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. „momenti sunt, iisque implicata diffi-
 A. C. 1677. „cultatibus, ut diligenti & matura dif-
 „cussione prorsus indigeant. Pro me-
 „neris itaque Nostri debito accurate ea-
 „dem examinari mandabimus, illud
 „que super his consilium capiemus.
 „quod in Domino expedire iudicaveri-
 „mus. Assiduis interim apud supre-
 „mum Patrem luminum juvari precibus
 „vehementer a te petimus, dum nos
 „dilectionis Nostræ pignus Fraternitatis
 „tuæ Apostolicam benedictionem per-
 „amanter impertimur, „

§. LXIV.

*Archiepiscopi Narbonensis sententia
 contra Alectensis Episcopi
 mandatum.*

Interea vero Petrus Cardinalis de Bonis
 Archiepiscopus Narbonensis ac Me-
 tropolita unacum Domino du Mas suo
 Officiali Alectensis mandatum seu Con-
 stitutionem velut sacris Canonibus
 Regnique legibus ab Ecclesia Gallicana
 hactenus servatis & quieti conscientie
 rum, ac Hierarchicæ disciplinæ con-
 trariam, necnon censuras in eadem
 Constitutione latas omnino irritas, nul-
 lasque declaravit, ipsique Episcopo in-
 terminatis poenis Canonicis, ne deinceps
 ejusmodi Constitutiones pro-

mulget, inhibuit, ac sub poena excommunicationis ipso facto incurrendæ vetuit, ne Canonici, aliique Ecclesiastici præfatæ sententiæ executionem præpedirent. Adversus hanc Archiepiscopi sententiam Alecctensis coram publico Notario reclamabat, questus, quod Cardinalis ad rationes, ob quas Episcopus suum mandatum promulgavit, nequidem respondere dignatus sit, postea vitia, quibus hujus Officialis sententia scateret, carpens, objicit I. quod hic se ex delegata potestate id facere testetur, cum tamen Vicarius Generalis sit Judex ordinarius. II. Ipse tanquam unicus & solus Presbyter nulli alteri Episcopo junctus, Episcopum dijudicare, ejusque Constitutiones irritas declarare præsumpserit, sique id liceret, posset etiam Episcopus a Diaconis ab Episcopo delegatis exauctorari, nullibi autem ostendi valeat, quod Officialis Archiepiscopalis de Episcoporum Constitutionibus judicandi jus habeat, cum nequidem Archiepiscopo potestas sit, ut solus causa non cognita, nec auditis partibus de Episcopi Constitutione extra Synodum & casus in jure allegatos judicet. III. Queritur Episcopus, quod Officialis Regni leges in Ecclesia Gallica observatas ab Alecctensi violatas asserat, cum tamen Regis declaratio

Sæc. XVII.
A. C. 1677.

Sæc. XVII. ratio circa Regaliam ab Ecclesia non
A. C. 1677. recepta, hæc autem lex in tota Eccle-
 sia recepta sit, quod Episcopus in ma-
 nifestos Concilii Oecumenici transgre-
 fores etiam excommunicationem ab
 ipso Concilio indictam denunciare va-
 leat. IV. Quod officialis sine ullo fun-
 damento asserat, *Regaliæ negotium fuisse*
a Judicibus competentibus jam judicatum
decisumque, cum tamen hoc jus bene-
 dia conferendi Regibus acquiri non po-
 sit, nisi aut expresso privilegio in Synodo
 Oecumenica concessio, aut perpetua
 immemoriali possessione: neutrum au-
 tem in hoc casu occurrat. V. Quod
 perperam dixerit, Clerum Gallicanum
 hac in re Regii Senatus jurisdictionem
 agnovisse, cum id falsum sit de illimi-
 tato Regaliæ jure, sed duntaxat verum
 sit de particularibus quorundam con-
 troversis. Quod minus apte inferat
 quia Vicarius Generalis Ecclesiasticus
 in Curia Romana provisos & ab Episcopo
 rejectos admittere potest, etiam Ep-
 scopi Constitutionem, Episcopo na-
 citato damnare valeat; nam Ecclesi-
 sticos ita admittendo non de potestate
 Pontificis eos nominantis vel de jure
 conferendi judicat, sed duntaxat de pro-
 visi qualitibus Personalibus: unde
 hujusmodi Vicarii sententia nec legi-
 vim habeat, nec ullum Pontificiæ potestatis

stati præjudicium pariat: in hoc autem Sæc. XVII.
 casu Officialis sibi potestatem attribue- A. C. 1677.
 ret, coram suo tribunali, ne vocatis qui-
 dem Episcopis decidendi, an tota Pro-
 vincia omnibus retro annis exempta
 Regaliæ subjaceat, &c.

Hanc ergo appellationem suam Epi-
 scopus etiam ad summum Pontificem
 & Sedem Apostolicam die duodecima
 Novembris interposuit, simulque famu-
 lum suum Narbonam decrevit, ut ap-
 pellationis factæ declarationem Offi-
 ciali insinuaret, cum autem hic idem
 famulus Narbonæ in carceres fuisset
 coniectus, & Episcopus ob valetudi-
 nem lecto affixus actum appellationis
 expedire haud posset, Stephano Du-
 rando negotium dedit, ut ipse ejus no-
 mine contra Officialis mandatum, illa-
 tamque famulo violentiam reclamaret,
 quam etiam appellationem Episcopus
 eadem die ratam habuit, eamque suo
 Clero jam antea die vigesima tertia
 Octobris insinuavit, data ad eos se-
 quenti epistola encyclica: „Nullus du-
 „bito, sententiam Vicarii, & Officialis
 „Narbonensis tanta cura, studioque
 „ubique locarum vulgatam, & qua bina
 „a me edita mandata evertere conatur,
 „in manus Vestras devenisse. Enim-
 „vero persuasum ego habeo, eodem
 „temporis momento, quo illam rece-
 N 4 „pistis,

Sæc. XVII. „pistis, una etiam recordatos vos esse
 A. C. 1677. „quanta mihi incumberet necessitas,
 „jura libertatesque Ecclesiæ meæ, ac
 „dignitatem Episcopalem, quæ in hac
 „caussa æque periclitantur, impigre
 „tuendi. Id ego conatus sum efficere
 „constitutione, quam hisce meis anno-
 „xam legetis, & ex qua facile colli-
 „gere licebit, non unius tantum, sed
 „communem, omniumque hujus Pro-
 „vinciæ Ecclesiarum causam, ac peri-
 „culum verti. Vos ergo, uti spero,
 „nec partibus Vestris defuturi estis, ne-
 „omittetis in Vestris quisque Diocesi-
 „bus ea omnia curare, quæ huic senten-
 „tiæ remorandæ, ejusque effectui su-
 „spendendo necessaria fuerint. Tan-
 „tum id agite, ut sociatis junctisque
 „viribus communem causam amplexi-
 „mini, Vosque Dignitatem Authorita-
 „temque nostram oppugnantibus facer-
 „dotali libertate occurratis, & quod
 „hactenus nimia forte indulgentia per-
 „catum est, pari zelo, oblataque co-
 „nitione obliteretis.,,

§. LXV.

*Aledensis literæ ad Innocentium XI
 Papam & Ludovicum Franciæ
 Regem.*